


ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE



A-5

125 a



CHARTREUSE du **LIGET**

✻ Saint Jean-Baptiste ✻

(PROVINCE DE FRANCE-SUR-LOIRE)



Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN




Cartusia
Ligeti prope Lochias
in provincia et diocesi Turonensi.


(Notitia de S. Leontenko tome VII - luit Desamais)

Turonia. La Touraine, provincia quidem parva est, sed fortalis admodum, et rigua, ideoque hortus Galliae dicitur. Hae urbes praecipuae sunt Turones (Loers) provinciae caput: Ambasia (Amboise); Chinon (Chinon) et Lochia (Loches) ad ligerem, inde fluvium, cum arce munita distans septem leucis ab Ambasia in austrum, et novem a Turonibus, S. B. autem, a Biturico in occidentem. Ab hac urbe, Lochia videlicet, versus septentrionem duabus circiter leucis abest Cartusia Ligeti sita in Bosco Ogerio; cuius fundator merito agnosceretur potentissimus Henricus 2^{us} Rex Anglorum, Dux Normannie et Aquitanie, ac Comes Andegavensis, de quo quidem nemo discrepat, sed de anno fundationis non ita. Quidam enim, quorum est antesignanus Molinus noster, dicunt simpliciter eam esse referendam ad annum 1153, nec suam sententiam, ulteriori auctoritate munitur vel conjectura. Alii vero inter quos primas tenent Bohicinus et v. p. Joannes Chauv et Scriba ammen, signant 1178, nec temere ut mihi videtur colligendum ex verbis Bohicini qui suam opinionem, sic asserit: « Eodem anno 1178 fundata fuit Cartusia Ligeti in bosco Ogerio prope Lochias in diocesi Turonensi ab Henrico secundo Anglorum Rege, Duce Normannie et Aquitanie, et comite Andegavensi post solemnitatem Nativitatis S. Joannis Baptistae ut testantur vetera ^{monumenta} ~~documenta~~ ejusdem domus quae accepimus. Causam vero dictae fundationis, licet superius expressimus anno videlicet 1174, n. 3, licet tamen non gravatimur repetere prout eam anonymus auctor expressit lib. m. qui est in Domo Parisi, de approbatione sacri Ordinis Cartusienis: Non est, inquit, fere domus in dicto Ordine Cartusienis quin miraculose sit fundata, et post multa, addit: Item domus Ligeti quam Dominus Papa cum aliis duabus jussit Henrico Regi Anglice fieri impoenitentiam, peccatorum, eo quod jugiter averet sanctum Thomam, Cantuariensis Archiepiscopus. Eadem, testantur superius citata monumenta domus Ligeti. » Haec Bohicinus apud quem sit fides quo ad citata monumenta quae non vidimus propter duo hinc die et anno vestimenta Henrici fundatoris et Henrici Abbatis Villalpensis locum fundandae cartusiae assignantem, et concedentem, inferius describendam.


AHansen



Attamen, ejus sententiam, verisimiliorem, esse quibusdam, conalor argumentis sine conjecturis comprobare. Primum qui annus, ponunt 1153, nihil afferunt procer nuda sine assertionis verba. Domus Ligeti, inquit, fuit fundata anno 1153 ab Henrico Normannie Duce et comite Andegavensi qui postea Rex Anglorum proclamatus Henricus secundus dicitur est, qui ~~Stem~~ Thomam, Archiepiscopus copiam occidit. Sed hunc annum, 1153 ipse Dux integrum, transigit in Anglia occupatis bello ab anno 1152 contra Stephannum Regem, cum quo pacem, eodem quidem anno 1153 inicit, sed in Normanniam usque ad annum sequentem, videlicet 1154, non transfretavit exhaustum bellorum sumptibus ovarium, restitutum revocatione proprii dominii quod pater suus ingenti compulsus necessitate Primoribus Normannie concesserat. Dumque huic et aliis gravibus incombis negotiis in Aquitaniam, de repente accurrere cogitur ad reprimendam, quorundam rebellionem, Paulo post rediit in Normanniam pacem inicit cum rege Francie, quosdam subditos inter se dissidentes armis compressit. Audita morte Regis Stephani Angliam repetiit, eodemque anno 1154 ab omnibus Rex acclamatus ibidem moratus est usque ad annum, 1156, quo rediit in Normanniam. Inde in agrum Andegavensem, cum exercitu profectus fratrem suum Gufridum, hunc comitatum, sibi vendicantem, debellavit. Ex his et aliis legenti hinc orias (v. Matth. Paris hist. Angl. et chronica Normannie) occurrentibus satis perspicuum, Henricum juvenem Principem (annum vigesimum non excedentem) ambitiosum, regnandi agitatam libidine, armis propterea continuo implicatum, ab cere plerumque imparatum, non potuisse intendere animum, ad constituendum monasterium, eotempore et ea in regione quae armis undique cingebatur propter fratris rebellionem et hostiles Francorum excursions. Procterea in literis donationis loci ab Abbate Villapensi Herveo factae inter testes legitur Mauritius Abbas Belli loci quem colligimus ex Sammarthanis (l. 4. g. 4. l. 1. 1. 1.) non profuisse nisi post annum, 1173. Unde non absurde videtur conjiciendum, fundationem nostram, non fuisse inchoatam ante proclatum annum, 1173. Nam tamen infirmo fieri posse, quod proclatae literae ut quidam opponunt, longe post concessum locum confectae fuerint: At non constat hujusmodi donationem, factam, fuisse tempore Hervei Abbatis, hinc claris sole immetescit nostras in possessionem loci non venisse nisi post annum, 1156, quo anno Hymericus erat Abbas cujus regimem etiam ultra eundem annum, potuit produci. Nihil igitur plus quam per est explorata prior sententia, codici Parcensis cartusiae fidem, adhibentes dicamus domum hanc fuisse fundatam post necem Duci Thomae, et cum Bohicio assignemus annum, 1178, quod quidem, conjecturis non levibus ex historia ductis sic stabilis:



Peccato impie Sivo Thomã Cantuariensi Archiepiscopo anno videlicet 1170, Henricus Rex
coram legatis a summo Pontifice ad eum missis purgatus, inter ceteras satisfactiones conditi-
ones promisit sub juramento quod in instanti Nativitate Domini usque ad triennium, crucem
acciperet. (Gervasis in Chronico. Boninus in Ann. ad an. 1172. m. 3. et sequentibus) proxima tuncestate anni
videlicet 1172 vel 1173 in terram sanctam, in propria persona cum exercitu profecturus, nisi
alter visum fuerit Alexandro Papae vel ejus legitimo successori. At rebellante tunc Henrico
filio impetravit profectionis dilationem, in triennium; quo lapsa, inquit Knightonius (Henricus
de Knighton lib. 2. de eventibus Angl.) misit Romanis ad protelandum frustratorie fallax propositum,
sub eo tamen, colore ut tria monasteria construeret in Anglia, sive in terris sue Dominationis.
Quum igitur illud triennium, videatur exactum, circa annum 1176, verisimile est Regem
a summo Pontifice voti huius immutationem, obtinuisse tantum sub finem ejusdem anni
(quo tempore ad eum in Angliam, Legatum Apostolicum, transpretasse lego apud M. althoeum, Paris)
ac proinde Cantuariam, Ligeti non fuisse inchoatam, nisi quando Rex in his partibus moratus
est anno sequente 1177 vel 1178. Constat enim, ex scriptoribus Angliæ quod in regiones
cismarinas venerit anno 1177 in Augusto, et per annum fere integrum, provincias suas
perambulaverit in Angliam, transpretans circa Julium anni 1178, quo etiam tempore Can-
tariam, Witharniensis, fundavit. Ectham vero Ordinis nostri Domum non construxit, impedita
forsan difficultate inveniendo monachos qui in Angliam, vellent transmigrare, nam et
qui ad Witharniensis, incolendam, advocati fuerant, ritus gentis alienigenæ, ut legitur
in vita S. Hugonis (vita ms. lib. 2. cap. 1), insueti, vix per aliquot annos prohiberi potuerunt
quominus in Galliam, redirent. Variant auctores de monasteriis ab ipso Rege in satisfacti-
onem, constructis, Knightonius, loco citato, conditionem, immutatae presententisæ sic ab eo
fuisse adimplendam, narrat: « Canonici, inquit seculares De Waltham, S.æ Crucis ad con-
ventuales, redegit vitam; moniales De Ambresbury convertit, alias de transmarinis
partibus introducendo: Domum, cantuariensis Ordinis apud Witham, juxta Sarisburiam,
exciliter instauravit. » Hoc ille, M. althoeus vero Parisiensis et plures alii scriptores Wal-
tharniensium, reformationem, referunt ad annum 1177, ex conjicere possunt fundationem
Ligetansæ et Witharniensis Cantuariam, factas fuisse circa idem tempus. Harpsfeldius (sem-
lo 12. hist. Angl. l. c. lib. 10. cap. 28 circa finem) duorum, aliorum, conobiorum, proter Domum De Wi-
tham, constructionem ascribit Regi Henrico, unum appellat Lirencestransæ, aliud Sunstar-
phensæ



-plense. Quae tamen ^{duo} conobria fundaverat Rex Henricus 1^{us} ut videtur est apud monasticon Angli-
 -canum, et Henricus Hagelstadiensis, in libro de gestis regis Stephani. Inat etiam idem Harps-
 -feldius cum dicit conobria Ambursura fuisse monachorum, non sanctimonialium, ut posuit prope
 Knyghtonius. Haec eorum dissensio videtur orta ex multitudine eorum Religiosorum, quorum
 ipse rex vel fundator fuit vel instaurator; nam propter ea et certe non pauca de quibus lector
 consulere potest monasterium Anglicanum, reperio quod in Normannia a fundamentis crevit
 Piratum, ordinis Grandimontensis prope Rothomagum, et nostrum, ipsam Domum S^{ti} Juliani quam
 modo incolimus. (¶ Forin part. 3. historice Rothom. civitatis) Nomen quoque fundatoris sibi vindicat Abbatia
 Valaico Ordinis Cisterciensis in Diocesi Rothomagensi prout legitur apud Arturum, Durnonster
 in neustica pia, ubi et plura extant monumenta ejus pietatis erga alia Normanniae monasteria,
 sed de his satis. Nunc intermissa Bohicii verba repetamus.

¶ Henricus igitur Rex Angliae disponens fundare unam Domum ordinis Cartusensis in supra-
 dicto loco de Ligeto qui pertinebat ad Abbatem, et conventum, monasterii Villelupensis, egit cum
 eisdem Abbate et conventu ut locus ipse sibi certis conditionibus donaretur, cui benigne idem Abbat
 et conventus assentes dictum locum, de Ligeto concesserunt, confectis super ea donatione literis
 quae sequuntur:

Charta per quam apparet Hervaeum (a)
 Abbatem Villelupensem dedisse locum Ligeti, Henrico 11^o
 Rege Anglorum, Comite Andegavensi postulante
 circa annum 1178. —

¶ Prima rerum gestarum memoria scripto conservatur, atque contentioni occasio e medio
 removetur. Hanc itaque duplicem considerantes utilitatem, literis notificare curavimus tem-
 posteris quam presentibus quod Dominus Hervaeus Abbat S^{ti} Salvatoris Villelupensis concessit
 cum assensu totius Capituli sui fratribus Cartusiae locum illum qui vulgo ^{Ligetum appellatur Martine} ~~appellatur Ligetum~~
 cum pertinentiis suis, intacta libertate et precibus Domini Henrici Regis Angliae, Ducis Nor-
 -manniae, Comitis Andegavensis et praesens Stephani benechalli, ^{Domini Stephani senescalli tunc perpetuo possidendum; Mart.} ~~jure perpetuo possidendum; Ha-~~
 tamen quod Dominus Rex gratiam edicens, Villelupensis domus ^{domus} ~~colle dicens~~ dedit Villelupensibus fratribus
^{Mart. n. a. par} (libus) centum libras, et quillare fecit duos habitatos quas ipsi de Chepdone ^{diligenti animo cont.} ~~debetant~~. Hoc autem factum
^{alistas} ~~est~~ ^{credone} ~~est~~

* Dans le texte il y a... Andegavensis, Stephani benechalli, mais... Le cartulaire a ajouté la note suivante: « Et praesens Stephani benechalli, ut habetur in thesaurario Abbatis Villelupensis, ex quo hanc chartam, deumptum super edidit ad calcem operum Petri Bletensis V^o s. a. d. d. O. Petrus de Goussenville. »

(a) Martens a publié cette charte dans « *Chartae antiquae novae Anecdotorum*, Tom. 1. col. 570 » sous ce titre : « *Notitia quomodo Hericus abbas Villalupensis concessit fratribus Cartusiae locum dictum Ligetum cum pertinentiis ad appreciationem Henrici regis Angliae pro centum libris* ». Ex cartario Villalupensi, dit-il en marge. — Les corrections faites ici sont d'après Martens. —

^{guillelmi} est in manu guillelmi Pionis ^{tunc temporis} & fratrum, qui cum eo (tunc temporibus) in anelant, fratris Herberti et
 fratris ^{ami} guillelmi et fratris Matthei, et in presentia plurimarum personarum, Moaricii Bellilosi Abbatis
^{domini Gaudredi} et Domini Godofredi Abbatis ^{Sancti} Juliani Eboracensis, presentibus etiam Legatis ipsius Regis, ^{senescallo} Stephano Senescallo
^{electo} Guillelmo Clouet, ^{audo} Archambando De Vinocino, ^{Henrico} Herico proposita De Lochis, ^{Gafrido Belogeri} Gafrido Belogeri, atque
 ingenti multitudine monachorum, Dionysio scilicet, ^{Arnulfo} Arnulpho, ^{Radulpho} Radulpho, ^{Imrico} Imrico: alique
 clericorum, et laicorum, quamplurimi ^{Martinapoli} (ad erant), scilicet ^{Raginandus De Sintaparis} Raginandus Desmaparis (Desmaparis), ^{Joannes} Joannes
^{Nomancia} Nomancia (Normanno), ^{Thomas Rair} Thomas Rair, ^{Gaudricus} Gaudricus, ^{Odraticus} Odraticus (Odraticus) et plures alii. >>

Henricus vero predictum locum de Ligeto sibi ita concessum, dedit confirmavitque Ordini Cartusienso scripto sequenti diplomate:

Littere Henrici Regis quibus predictum locum de Ligeto a Villolupensibus sibi concessum dat confirmatque Ordini Cartusienso. —

« Henricus Dei gratia Angliæ Rex et Dux Normannie et Aquitanie et Comes Andegavorum,
 Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Justitiariis, Seneschallis,
 Propositis et omnibus Bailivis et fidelibus suis salutem. Scitis me concessisse
 et in presentia charta mea confirmasse Deo et Ecclesie ^{Sanctæ} Marie et ^{Sancti} Joannis B^{at} de Ligeto
 et monachis et fratribus Ordinis Cartusienso ibidem Deo servientibus locum ipsum de Ligeto
 in liberam et perpetuam elemosynam pro salute anime mee et antecessorum et suc-
 cessorum meorum cum terminis suis, sicut circuitus possessionum suarum se habet: salvo
 unicuique juris sui qui aliquam tenuram infra eosdem terminos habere dignoscitur,
 Quare volo et firmiter precipio quod prefata Ecclesia ^{Sanctæ} Marie et ^{Sancti} Joannis B^{at} de
 Ligeto et monachi et fratres memorati Ordinis Cartusienso ibi Deo servientes locum
 illum, cum terminis suis, et omnes tenuras, et res et possessiones suas habeant et tene-
 ant ita bene et in pace et libere et quiete et integre et plenarie et honorifice cum omni
 libertate et quietantia telonii et peagii et vinagii, et omnium consuetudinum, ad me por-
 tinentium, sicut aliqua elemosyna potest libere et quiete concedi et teneri. Et prohibeo
 Deo me quis eis super hoc molestiam, vel violentiam, aut gravamen, aliquid inferre pre-
 sumat. Et si quis super hoc vexationem, aut violentiam, aut gravamen, aliquid inferre
 presumpserit, inde eis salvo Ordine suo et pace eis servata, quibus cumque rationa-
 bilibus modis poterit, sine dilatione plenariam justitiam fieri faciat, testibus
 Godofredo filio, et cancellario meo, Willhelmo Decano Moriton, Stephano De Guron

San. And. Willhelms de Astillis. St de Turnehay, apud Cenomanos.

Richardus p^{re}fat^{us} Henrici filius et successor anno primo regni sui die secunda februarii existens apud Chinon hanc Patris sui donationem confirmavit; quem admodum et alter ejusdem Henrici filius, dicitur Rich. and. frater et heres Joannes apud Senon^{es} (forte legendum Chinon^{es} vel Cenomanos) existens anno primo regni sui quinta die Decembris eandem se gratiam habere Regio Diplomate testatus est.

Accessit his Regia ^{St^a} Ludovici Francorum Regis auctoritas, quae ea omnia grata se habere aperta testatur epistola, quae talis est:

Confirmatio Foundationis facta per Sanctum Ludovicum Francorum Regem. -

« Ludovicus Dei gratia Francorum Rex Notum facimus quod nos literas Henrici p^{re}-
- fati, Regis Anglice Illustris pro vi nostri vidimus in haec verba: Henricus Dei gratia Rex
Anglorum etc. ut supra - Nos autem, p^{re}dictis fratribus donationem p^{re}missam, sicut superius
continetur, et eam, usque ad haec tempora tenebant, concedimus et presenti pagina con-
- firmamus. Actum apud Bellum-montem, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo
quarto mense Januarii. »

Hoc ^{St^{us}} Ludovicus qui multum dilatavit locum ipsum de Ligeto et augmentavit
ut habet liber Benefactorum, ejusdem domus: Deditque viginti libras ad aedificationem
Ecclesiae inferioris, quam Dedicavit Odo Episcopus Parisiensis benefactor; sed hic mani-
- festus error inest, nam Odo sedit ab anno 1197 usque ad annum 1208, quo tempore
^{St^{us}} Ludovicus nondum erat natus.


Carolus V^{us} et ille Francorum Rex dedit huic domui tria millia librarum, atque per-
- petuum usagium, in foresta de Bosco anno 1370.

Joannes Dux Bituricensis Caroli Regis frater dedit septingentas libras pro fun-
- datione unius cellae et vitae unius monachi.


M^{ons} Dux Burgundiae illorum frater idem beneficium dedit ac Joannes.

Ludovicus X. - Philippus de Valois - Ludovicus XI. Carolus VIII. Ludovicus
XII et Franciscus I. Gallorum Reges multa privilegia et dona concesserunt, aliqua
confirmarunt sicut in libro Benefactorum, hujus domus Ligeti constat.

Hugo Episcopus Arelimensis, postea monachus hujus domus inter ejus p^{re}cipuos
Benef.




benefactores annumeratur a nostro studio. De eo plura dicemus infra in syllabo
monachorum. » (Thactenus S. Le Louche maru propria. -)



Catalogus Priorum Domūs Ligeti.

Guillelmus Prior 1^{us}

« Hic donationem loci ab Herwoco Villochepensi abbate suscepit (ut in literis superius
exscriptis apparet) cum fratribus conversis Herberto, Guillelmo et Martino. Herbertus vero
videtur esse qui in literis fundationis domūs Vallis Dei dicitur fundator loci illius. » ita not.



L.

Prior. -

« Anno 1237 a summo Pontifice Gregorio nono ad sedandas quasdam dissensiones in Ordine Grandimontensi electi sunt Episcopus Pictaviensis, Abbat de Mazeris et de Pariniaco Ordinis Cisterciensis cum duobus Prioribus Ordinis Castusensis de Ligeto et de Glanderis. Ex annalibus ms. Ordinis Grandimontensis quorum verba retulimus in omnibus Glanderis et Portarum, ubi priorem nominis ejus litteram videlicet L. ex annalibus ejusdem Ordinis Grandimontensis anno 1662 addidit. Designavimus. Hunc Priorem fuisse Licutandum qui circa annum 1253 translatus est ad regimen Bonoe Dei, ex quibusdam conjecturis credimus. » ita est.

Toannes Prior. -

« Hic videtur esse idem ac Toannes Tocerandus qui fors ambis profuit. Toannes proceat anno 1260 quo per Capitulum generale ad domum Parisiensem cum Stephano Priore Vallis Dei ad terminos domus juxta morem Ordinis assignandos ut scribitur dicemus in eadem domo. » ita est.

Girardus Prior. -


« Hunc ex conjectura tantum Priorem designamus, eo quod ejus obitus reperitur in charta Capituli gentis anni 1270, his verbis: quinto idus Decembris obiit G. Girardus monachus Ligeti habens beneficium et associationem cum primo anniversario per totum Ordinem. In quo beneficio, quod non conceditur nisi de Ordine benemeritis, conjicio fuisse quondam Priorem licet charta Prioratus non meminerit juxta morem hominum temporum, ut scripsit annotavimus. Quisdam Girardi vel Girardi habetur memoria in veteri calendario S. Lucevigniaci ad 4. idus Decembris. » ita est.

Toannes Tocerandus Prior. -

« Tam proceat domui Ligeti anno 1267, quo cum alio Priore visitavit domum Bellionis. Vir magni apud nos nominis olim Prior Vallis ~~par~~ Marise, unde ad domum Parisiensem invitatus, assumptus fuit, deinde circa annum 1269 huic domui Ligetane proceatus est: adfuit comitis Ordinis an. 1271, et ibi diffinitor institutus ac procurator ^{lor} Ordinis ad suscipiendas ordinationes, sive sententias, a quibusdam arbitris pronuntiandas super quadam controversia inter Priores Ordinis orta; de qua in domo Vallis rividis dicemus sub Rogerio Priore. Anno 1275 adhuc proceat Tocerandus ut probatur ex Cartulario 22 m. ajoris castusides, in quo sequentes littere reperiantur P. G. 102. -

« Universis ad quos presentes littere pervenerint Tocerandus Prior Ligeti ejusdemque loci conventus salutem in Domino. Cum Capitulum generale Ordinis nostri nobis et domui nostrae totum

gratiam.



gratiam fecerit et concesserit ut pretium seu estimationem totius nemoris domus nostrae h'ceat nobis et successoribus nostris ponere in possessionibus seu redditibus extra terminos domus nostrae: itaq; dilatacionem terminorum domus nostrae per G. Vallis Dei et P. Vallis S^{ti} Georgie Priores factam confirmaverit, prout in litteris inde confectis et sigillis diffinitorum, dicti Capituli sigillatis plenius continetur. Nos specialiter propter dictam gratiam, nobis et domui nostrae factam, promittimus et nos obligamus et successores nostros in perpetuum quod quadraginta libras buronenses quae debentur singulis annis nostro Capitulo generali in Hospitum Buronensi de elemosyna Domini Regis Francorum, cum expensis nostris quolibet anno fideliter requiremus, et receptas reddemus nostro Capitulo generali. Datum anno Domini 1275, feria tertia post festum B^{ti} Nicolai. In quibus omnium testimonium sigillum domus nostrae apponimus huic chartae. »

Anno denique 1276 ad regimen Montis Dei translatus et ibidem aliquot annis in officio transactis solitudinens, repetit in eâ mortuus anno 1295, ut dicemus in Domo Vallis veridis ubi plura de eo. » ita est.


Simon Prior.

« Profectus hujus domus cujus Priorem extitisse conjicio ex charta anni 1298, in qua signatur inter mortuos cum beneficiis tricennari per lot. ord. et associationem, cum primo anniversario.

Anno 1280 per chartam « discretionis visitationum, relinquuntur de amovendis picturis domus Ligeti et domus Glanderi et aliarum, domorum meliori modo quo poterunt. » ita est.

Philippus Prior. —

« De hoc forsitan Priore loquitur B. Margarita Priorissa Tolentis quae ad quemdam am Priorem Ordinis scribens postquam aliqua de ultimo judicio disseruit « haec omnia, inquit, factis descripta inveniet in magnis codicibus Prioris Ligeti. » — Philippus vir certe in ordine celeberrimus qui anno 1312 Capitulo generali profuit Vicarius institutus Rⁿⁱ Patris Prioris Cantuarie ut legitur in quodam veteri libro ms. Statutorum, antiquorum in Domo Corerice reperto, ad cujus calcem legitur quoddam decretum Capituli generalis ejusdem anni 1312 confirmans quandam concordiam inter Priores Cantuarie et Calesi, sicque incipit: « Nos Philippus Prior Ligeti Vicarius in generali Capitulo Prioris Cantuarie etc. » — Iam proceat Philippus anno 1299 quo anno adfuit Capitulo generali et obtinuit monachatum, pro se post obitum. Iam proceat anno 1291 quo cum Petro Priore Apponiaci limitavit terminos grangiae de Sabaconay ad Damuss, Angieonis pertinentis. Litterae datae sunt in festo in octavam S. Thomae et Pauli. Ius obitus signatur in ch. anni 1315, ex qua
h. et est.



patet enim in Prioratu non obisse: sic enim habet charta: « obit in vigilia s^{ti} Michaelis
S. Philippus quondam, Prior Ligeti qui habet monachatum per totum ordinem. » ita est.

P. Prior. —

« Hujus Prioris nomen sive potius prima nominis littera reperitur in literis societatis
initae cum domo Fontis B^{ae} Marice quarum tenorem, dabimus in eadem domo, sunt
— que datae anno 1327. » ita est.

Michael Prior. —

« Proceat (Michael) anno 1332 mense Aprilis in octavis Pasche, ut constat ex
litteris associationis factae inter domum Ligeti et Glanderii.

In charta anni 1332 de hac domo haec leguntur: « Ordinamus quod Prior Ligeti integre
persolvat annuatim, Capitulo generali 40 libras sicut predecessores sui facere consue-
verunt et solvere promiserunt, quibus unquam expensis pro recuperatione factis minime
computatis. Et controversia que vertitur inter domum Bellarici et domum Ligeti de
quodam redditu claudo relinquatur primorum visitatorum, iudicio terminanda. »

Et in ch. 1333: « Constat nobis quod Prior et conventus Ligeti sunt per literas suas
ad recuperandum, cum expensis suis elemosynam, quadraginta librarum, Turonensium,
efficaciter obligati. » — Anno 1337: « Excusatio Prioris Ligeti de non veniendo ad capi-
— tulum, admittitur propter preces Domini Rudolphi de Perellis, ne sit ei mita, sed
propter ejusdem Prioris magnam instantiam, committitur Visitatoribus facienda si
viderint expedire. — » ita est.

Dominicus Prior. —


« Proceat (Dominicus) anno 1343, quo anno societatem init cum conventu
Vallis Dei. — » ita est.

J. Prior. —

« Hujus Prioris mentio habetur in literis fraternitatis quam monachi hujus domus
cum monachis Parisi inierunt anno 1347. Has literas in eadem domo Parisi exscribe-
— mus. Anno 1346 Prior hujus domus visitavit provinciam Gebennensem. Idem
videtur esse ac Joannes Columbi de quo infra. » ita est.

Joannes Columbi Prior

« In ch. 1377 legitur ejus (Joannis Columbi) obitus his verbis: « obit S. Joannes Columbi
— quatuor. »



quarto Calendas Martii Prior Ligeti qui habet monachatum per tot. Ord. cum ps albenis,
et ultra quia multum laboravit pro ordine habet tunc unum per tot. Ordinem. Fuit
etiam Prior Vallis Dei quam regeret annis 1340 et 1342. Unde fors an circa idem tempus
ad regimen hujus Domus translatus est, et sic per annos triginta et amplius profuerit. istac.

Nicholus Prior. —

« Sic nominatur (Nicholus) in ch. 1380 in qua inter Diffinitores reperitur, sed fors an legem-
- dum est Nicolaud. Eodem quoque anno institutus est visitator Francie. Videtur proce-
- fuisse usque ad annum 1395 quo anno tempore comitorum Ordinis haec Domus erat
- sine Priore. Anno 1391 Prior hujus D. visitavit provinciam Burgundiae et erat Diffinitor
- Capitali generalis sicut et anno 1393. Anno 1392 fuit unus ex Prioribus electis ad
- absolvendum in casibus reservatis.

Anno 1394 haec Domus a provincia Aquitaniae avulsae restituitur provinciae Francie
- cui olim subiecta fuerat ab anno 1301, quo Domus Ordinis per provincias primam dis-
- tributa fuerant. — istac. —

1395 & 1396. — Nicolaus de Mayencourt Prior. —

« Domini Ligeti proficimus in Priorem D. Nicolauz de Mayencourt monachum D. Vallis
- Viridis ex ch. 1395. Sed anno sequenti absolutis his verbis: «Priori Ligeti sit nota, et con-
- - ceditur conventui licentia vocandi duos Priores pro confirmatione future electionis, pro-
- - testato quod non eligantur modo vel alius Domini Joannes Nominis nec Joannes Capel,
- - alias electio de predictis sit nulla ipsi facta. Et si visitatione indigerint, quod possint
- - confirmatores ad visitandum retinere. » Obiit profatus Prior in claustra Domus nre
- - professionis Vallis Viridis et signatus in ch. 1413. — istac.

Albertus Prior. —


« Erat (Albertus) Diffinitor anno 1397 ex tabulario majoris Cartusie, unde conjicio
- - eum ex alia Domo fuisse assumptum, cui successit anno sequenti Jo. Guinandi. istac.

Joannes Guinandi Prior. —

« Obiit in Prioratu anno 1398, die 21 septembris ex ch. 1399. Fuerat olim Prior
- - Luvigniaci. — istac.

1398 à 1400. — Joannes de Remis Prior. —

« Professus et olim Prior Montis Dei, Anno 1398 fit Rector Thouarci et mortuus Joanne
- - Guinandi. istac.



Quin undi Rector Ligeti, ac tandem Prior per ch. 1399 nominatur his verbis: « Quia in domo Ligeti providere non possumus de illo quem petebant in Priorem, certis causis nos morantibus quas facemus pro presenti, proficimus ibidem in Priorem, J. Po am en de Remis super Rectorem ejusdem D. et habeat patientiam, Anno vero 1400 absolutus fuit per ch. De co. plura dicemus in domo Montis Dei. — » ita est.

1400 à 1403. — Joannes David Prior. —

« In monachos domus Gasnary proficitur per ch. 1400, et biennio post ad manum instantiam absoluitur. Olim Prior Anserice. — » ita est.

1403 à Jacobus Panioti Prior. —

« Professus Caturci quondam Prior Parisi per ch. 1403 domum Ligeti regendam suscepit, et paulo post abdicavit institutus Prior Parisi. Deinde hospitatus est in domo Vallis profunda usque ad annum 1408, quo missus est ad domum Glandervi. — » ita est.

à 1405. — Joannes Prior. —

« Anno 1404 quidam Joannes procerat qui monacho Jacobo Priore Parisi et conventui ejus pedes spirituales ^{imittit} datis literis die 19 maii ut in eadem domo viderimus. Anno 1405 per ch. Priori facta est ^{mia}. — » ita est.

1405 à 1411. — Joannes Lodiev Prior. —

« Professus et procurator Parisiensis Prioratum Ligeti obtinet per ch. 1405. In officio moritur anno 1411, paulo ante Capitulum gen. ut constat ex ch. ejusdem anni. — » ita est.

1411 à 1412. — Guillelmus Monachi Prior. —


« Domini Ligeti nunc orbatae Priore proficimus in Priorem, J. Guillelmum, monachi Vicarium, ejusdem domus ex ch. 1411, sed anno sequenti ante capitulum gen. vitam et officium dimisit signatus in ch. — » ita est.

1412 à 1414. — Joannes de Collibus Prior. —

« Domini Ligeti quae per obitum, J. Guillelmi Monachi caret Priore proficimus in Priorem, J. Joannem de Collibus dicto A. procuratorem, ex ch. 1412, eidem Priori per ch. 1414 facta est ^{mia} et confirmatio novae electionis commissae Priori Parisi. Die postea superstes fuit Joannes de Collibus qui in hac domo suae professionis legitur obisse in ch. 1443. — » ita est.

1414 à 1415. — Rector. —

« Non concordantibus conventualibus quidam Rector institutus est, qui per ch. 1415 absoluitur. ^{videtur}.



new

1415 à

Toannes Probi hominis Prior. —

« Monachus Vallis viardis per ch. 1415 regimini deputatus: postea resignavit sed quando, non reperi. J. us obitus denunciatur in ch. 1422, in quâ dicitur quondam Rector Thoarci. — » ita est. —

à 1427. — Nicolaus Prior. —

« Obiit in officio ut constat ex ch. 1427. Ad eum videtur referenda quae habentur in ch. 1419 ubi strictissime ei injungitur ut quam cito poterit scribat R^{do} Patri Cartusiae de statu Domus hujus et mittat pecunias quas recepit super recepta Luronis. Idem paulo post iterum repetitur in ch. 1421, injungitur enim ei ut debita Capituli, quae recepit, mittat Priori Parisiensi in custodiam, per quem fiet cambium ad partes istas magis opportunas, et donec miserit, sit extra sedem suam. — » ita est. —

1427 à 1429. — Joannes Canuti Prior. —

« Electus anno 1427. sed cum non esset gratus omnibus, absolutus est anno 1429 et missus per ch. ad Domum Thoarci. Cum jam anno 1428 ejus exanctationem, contentus petisset: cujus literas in hunc finem, Capitulo generali directas Rectori Thoarci missae fuerant, injungentes (sunt verba chartae 1428) ut cum dictis literis vadat ad Domum Ligeti, ubi super contentis in dictis literis se informet in veritate, et si viderit expedire, Priori mittam faciat, et futurae electionis, si canonica fuerit, confirmet aut alias de Pastore provideat. Anno 1431, Joannes Canuti erat hospes in Domo Parisi unde ad hanc Domum rediit. Postea prosuavit Domum Parisi ab anno 1435 usque ad annum 1484. Obiit ex ch. 1485. — » ita est. —

1429 à 1432. — Henricus Pennezier Prior. —


« Professus hujus ⁹ absolute Joannis locum, occupat per ch. 1429. Obiit in Prioratu ut constat ex ch. 1432, in quâ etiam dicitur monachus Thoarci. — » ita est. —

1432 à 1433. — Petrus Magdelena Prior. —

« Successit Henrico. Anno vero 1433 per ch. transfertur ad regimen domus Apponiaci, cui bis prosuavit, deinde factus procurator majoris Cartusiae, regimini Ligeti restitutus est, ut dicemus infra. — » ita est. —

1433 à 1441. — Petrus Claudi Prior. —

« Professus et olim, Vicarius Parisi, deinde Prior Apponiaci, et Bellisarii et Rector Thoarci, unde.



unde ad Prioratum Ligeti exchitur per ch. 1433. Octo annis tunc praefuit absolutus per
ch. 1441 ad suam instantiam, remansitque in hac Domo ut esset in adiutorium, novi Prioris
in temporalibus, ut loquitur charta. De eo iterum infra. — » ita cat. —

1441 à

Guillelmus Huue (Huue?) Prior. —

« Monachus praefectus Forci Petro Claudi subrogatur per ch. 1441. Non die praefuit, si tamen
praefuit, nam in ch. 1476, in qua denunciatur mortuus, non fit mentio huius prioratus nec
Luigniacensis, ad quem tamen assumptus fuerat per ch. 1445, sed cuius possessionem
inisse non puto, ut ibidem annotavi. — » ita cat. —

à 1448. — Petrus Claudi Prior. —

« Iam proerat anno 1443, et constat ex quodam instrumento in Domo Thorei ex-
scribendo sub ultimo Rectore. Praefuit usque ad annum 1448, quo per ch. Prior Pontis
designatur, ubi non die perseveravit, nam alius ibidem proerat anno 1450. Obiit in
solitudine Forci et signatur in chartis 1453 et 1454. — » ita cat.

1448 à 1460. — Petrus Magdelene Prior. —

« Hic anno 1434 absolutus a Domo Apponiaci hospitatus est in majori Cartusiâ usque
ad annum 1435, quo restitutus est Domui Apponiaci, ubi adhuc proerat anno 1440, sed
postea resignato officio, procuratorem egit in majori Cartusiâ usque ad annum 1448,
quo iterum praeficitur huic Domui Ligeti suae professionis quam recit usque ad mortem,
quam incurrit anno 1460, decimo calendis Decembris, habuitque plenam cum praeteritis
monachatum, per test. ord. ex ch. 1461, olim revisitator annis 1458 et 1459. — » ita cat.


1460 à 1462. — Stephanus Aubery Prior. —

« Primus proerat ab anno 1460 usque ad annum 1462, quo per ch. iungitur
visitatoribus ut insilate dictam domum habeant visitare, et in his quae pro bono domus necessa-
ria et expedientia videbuntur secundum formam ordinis providere cum plenâ auctoritate
Capituli generalis. Facta igitur visitatione in julio ejusdem anni Stephanus absolutus,
de quo iterum infra. — » ita cat. —

1462 à

Bartholomaeus Fourrelli Prior. —

« Monachus huius domus cui praeficitur electus a conventualibus post absolutectionem,
S. Stephani anno videlicet 1462, in julio, cui per ch. 1463 iungitur et procuratori suo
quod amodo non expendant penes ionem, Capitulo gen^lo editam, super Propositura à Turonensi
in /o ch.



in factis domus huc quacunque necessitate occurrente sicut pro h. dolor jam pluribus
annis fuit factum tam per ipsum Priorem, quam per suos predecessores in magnum proce-
-dium, Capituli generalis, et de receptis per ipsum, et suos predecessores reddat rationes
Capitulo genli. Paulo post dimisso prioratu ad Domum Vallis S^{te} Georgii se recepit, unde
per ch. 1464 Prior Lavigniaci constitutus est restituendus huic Domui ut infra videbitur. - sicut est.

Joannes Pielli Prior. -

« Professus Vallis viridis alias Prior Fontis B. M^{ae}, Vallis Dei et Lavigniaci, hanc dom-
-um Ligeti regere at anno 1464, quo visitatio facta est sub eo, die prima novembris.
Et erant tunc Priore septem, monachi et duo novitii et unus clericus redditus, Abdicato
prioratu Parisios se recepit ubi solitarius defunctus est. ex ch. 1483. » ita est.

a 1468. - Stephanus Aubery Prior. -

« Erat Prior iterum anno 1468. sed in agosto ejusdem anni per visitatores absolvi-
-tur. Obiit vicarius Parisi, quondam Prior Domus Bellilariici. Huius obitus reperitur in ch. 1473. - sicut est.

1468 a

Bartholomaeus Fourrelli Prior. -


« In agosto anni 1468 Stephano sufficitur in actu visitationis, sed imper annem, abdi-
-cavit et ad regimen Bellilariici translatus videtur, nam eidem Domui procebat anno
1469 in mortuo (juxta stylum antiquum, id est 1470). Deinde ~~simplex monachus~~ ^{Domus Lavigniaci} secundo ac
tertio profectus. Obiit tandem simplex monachus in hac Domo ex ch. 1483. - sicut est.

1469 a 1479. - Joannes Siraie Prior. -

« Professus Metropolitane Cantuarie per ch. 1467 ad regimen Bellilariici vocatur, et inde
ad Ligeti anno 1469 et profuit usque ad annum 1479, quo in actu visitationis absoluitur
propter malum regimen ut habet charta visitatorum, nam Domus debbat 1380th et
ultra. Erant tunc 14 monachi, duo clerici redditus et duo novitii conversi. - Anno 1480
electus est huiusmodi S^{te} Pauli Bricastinensis et obiit 1482. signaturque in ch. 1483. Fuerat
Prior Metropolis et visitator Lombardiae remotioris, ac Prior Lanceae. Sub eius regimine
fuerunt 15 monachi, duo redditus clerici, duo conversi etc. De obitu in Domo metropolitana - sicut est.

Joannes Le Laner, Prior. -

« Huius obitus reperitur in ch. 1483, in qua dicitur obiisse Prior Bellilariici die 30th maii
et quondam Prior Ligeti, sed quando vel quanta tempora non plane constat. - sicut est.



à 1482. — Matthæus Berthon Prior.

« Ex Priore hujus domus instituitur Prior Vallis S^{te} Georgii per ch. 1482. Et biennio post Paracensis Cartusie ubi moritur anno 1506, 30 martii. Anno 1481 injungitur Priori Ligeti ut solvet domum Cartusie duodecim scuta pro restauratione domus Cartusie eidem remissa de expensis S. Joannis Boye sui professi hospitantis in domo Scotie. — » ita est.

1482 à 1483. — Antonius de Argentonio Prior.

« Professus hujus domus datur successor Matthæo Berthon per ch. 1482, et anno sequenti vitæ et officio privatur decima Aprilis et signatur in ch. ejusdem anni 1483 cum pleno monachatu per 15^{to} ordinem. — » ita est.

1483 à 1490. — Joannes Berandi Prior. —


« Domini Ligeti orator Pastore ad promotionem, Vicarii et conventus ejusdem S. proficimus in Priorem S. Joannem Berandi procuratorem, ejusdem S. ex ch. 1483. Videtur profuisse septem annis usque ad annum 1490, quo per ch. Prior alii obitur, cui præcipitur ut officium procuratoris exerceat ad ordinis voluntatem. Joannis Berandi obitus notatur in ch. 1506 et dicitur monachus professus Ligeti. De eo hoc habentur in ch. 1474: S. Jo. Berand monachus Ligeti restituit Priori Vallis profundæ reliquias quas a dicta domo asportavit, et tradat eas visitatori: cui etiam revelat quibus personis alias reliquias tradidit et in hoc non deficiat. » Et anno 1475: significamus S. Joanni Berand quod reliquias quas tradidit³ Laurentio Beneti, fuerunt tradite Priori Parisiensi ut ipse restitueret eas Priori Vallis profundæ. — » ita est.

1490 à 1494. — Petrus de Lailly Prior. —

« Professus Fontis B. M^æ olim Prior Vallis profundæ et inde procurator majoris Cartusie, ex quo officio ad prioratum Ligeti assumitur per ch. 1490. Proficit usque ad annum 1494, quo anno circa finem anni abdicavit. Obiit senior Fontis B. M^æ 29 novembrii 1529, ex ch. 1530. — » ita est. —

1494 à 1503. — Ludovicus de Busco Prior. —

« Professus Vallis viduæ ex Priore de Fontis Dei gubernaculo Ligeti admoventur anno 1494 circa finem anni, et anno 1495 convicator nominatur et 1498 visitator, utriusque officium utiliter gessit usque ad annum 1503, quo per ch. fit ei muta, certis piis et bonis repectibus



respectibus Dei et ordinis honorem, tangentibus, ideo ipsam absolutionem patienter
conventus ferat. » Et per eandem chartam, Domini Arvionensis et provincie Provincie profectus
Deinde restitutus provincie Francie Domum Parisiensem, rexit per aliquot annos, ubi et
in Domo ab ortu Dei plura de eo dicemus. Obiit simplex monachus 11 Juniarum ex ch. 1521.
Recedens ab hac domo reliquit 12 monachos, quatuor novitios, quinque conversos et unum
Donatum. — » ita est.

1503 à 1504. — Guillelmus Cornetiz Prior. —

« In vicario sit Prior per ch. 1503, et anno 1504 die undecima Augusti vitam et officium
relinquit, professus Vallis viridis, ex ch. 1505. — » ita est.

1504 à 1537. — Laurentius de Villiers Prior. —

« Profectus Parisiensis profuit cum omni laude et Domus utilitate annis triginta tribus et
amplius. Fuit consistorator ab anno 1517 ad 1532 quo primus visitator institutus est: Visita-
tionis onus deposuit anno 1537 in comitis Ordinis, et vitam cum prioratu exiit anno eodem
die 19 Decembris, habuit plenum monachatum per tot. Ord. ex ch. 1538. Sub eius regimine
usque ad annum 1527 fuerunt in domo sexdecim monachi profecti, conversi octo et unus Don-
atus; sed anno 1533 erant tantum novem monachi, et anno 1537 auctus est numerus usque
ad 15. — Anno 1505 profecto Priori injungitur ut faciat diligentiam de mittenda pensione
annua Capituli generalis super Preposituram, Turonensi cum arregragis incertis pro ut
tenetur. — » ita est.

1537 à 1545. — Joannes Guilloire Prior. —

« Successit Laurentio anno 1537. De eo in libro visitationum, ad annos 1539. 41 et 43
in septembri, et 1545 in agosto visitavit Domum Divisionis cujus Prior paulo ante defunctus
erat, cui Domini sub finem ejusdem anni vel sub initium sequentis profectus est. Obiit consi-
-stator anno 1553 die 5 Julii, habuit plenum monachatum ex ch. 1554. In profecto libro
visitat. Dicitur « vir bonus et spiritualis, curam Domus in utroque statu utiliter habens,
licet aliquoties temporalibus minus intentus. Erant sub eo 23 monachi pro majori parte
bene ambulantes propter quendam D. Mattheum Brunel qui notatur de heresi quem
alias tenuisse videtur: conversi Decem, e contra pro majori parte non satis sui profecti
memores. » Erat profectus Parisiensis. — » ita est.

1

3

3

ta

on

ue

re

3

as

vi

o

to

ti

1545 à 1547. — Ludovicus de Baugny Prior. —

« Professus hujus Domus successit 9o anni Guillelmo tunc Prior Apponiaci, deinde circa annum 1547 ad regimen Fontis B. M^{oe} translatus est. Decessit Comisitor anno 1554, 13 maii habens plenum monachatum etc. ... » ita est.

1547 à 1552. — Guillelmus de Rupe Prior. —

« In Priore Domus d' Auray a R^{do} Patre anno 1547 Prior Legati designatus, in officio spiritum reddidit anno 1552, 31 octobris, habuit plenum monachatum etc. 1553. Plura de eo in domo d' Auray. — » ita est.

à 1568. — Joannes Ncion Prior. —

« Hic anno 1557, 16 Dec. visitavit Domum d' Auray cum Francisco Picquet Priore Bassae villos ex speciali mandato R^{di} Patris et VP. PP. Visitatorum provinciae. Obiit in Prioratu hujus Domus et constat ex ch. 1568, in qua habet missam, De B^{ta} M^a per totam ordinem. Nec quidquam de eo ultra occurrit. Anno 1562 hanc Domum Heretici diripuerunt multatos uno monacho Guillelmo de Bretonneare. — » ita est.

à 1571. — Stephanus Beloudeau Prior. —

« Professus hujus Domus olim Prior d' Auray et Belliarici, non jam a pluribus annis profectura levatus sine est, moderamen hujus Domus accipere cogitur, et tenuit usque ad obitum, qui signatur in ch. 1571. — » ita est.

à 1576. — R. P. D. Joannes Michel Prior. —

« Profuit usque ad annum 1576, quo Domini sui professionis Parisiensis profectus, deinde ad generalitatem erectus in eo Desivit anno 1600. — » ita est.

1576. à 1587. — Remigius Souillard Prior. —

« In Priore Legati profectus d. Remigius Souillard professus, d. Fontis B^{lae} M^{oe}, quem declaratus inconsiderate et sine ejus culpa fuisse absolutum ab officio Vicarii monialium Gossay ex ch. 1576. Officium ex aluit usque ad annum 1587, propter ch. ob senium et multas suas infirmitates et ob multiplicem ejus instantiam, fit ei missa, et eligat tibi Domum quam voluerit, in qua subleventur ipsius infirmitates, cui etiam deputetur famulus idoneus. Non diu posthac vixit, nam signatur mortuus in ch. 1588. Olim Prior Novionis ubi plura de eo. — » ita est.

Light 1st 2 = 3.

or

is

3.

we

is

c

e

after

De

De-

o

at

omay

wo.

bi

1587 à 1589. — Fiacrius Billard Prior. —

11 Proficimus in Priorem Dicitæ S. Legeri D. Fiacrius Billard professor S. Parisiensis propterea a Prioratu Allionis absolutum, cui plurimum domum illam commendamus ex ch. 1587. Sic e domo Parisiensi a R^{do} Petre Bernardo Carrasse accessit primum Vicarius monialium, Prati-
-mollis, deinde Prior Allionis et Visitator Gebemensis institutus fuerat. Mortuo vero Carrasso
anno 1586 in Augusto, a conventu Cartusioe vocatus est cum Toamae Boelte professore Fontis.
B.M^{oe} tunc Vicarius monialium Melani et dictæ provincie Gebemensis comitatore, ut
futuræ electioni præsidere. At illi necio qua ducti spiritu, rejecto Toamae de Lescluse
Priore Valencennarum, canonicè electo, ita egerunt apud electores ut repetitis suffragiis confuse
licet et inordinatè de alio comenirent Hieronymo videlicet Lignano Priore Bononiæ, qui ab
ipsis Frocidensibus confirmatus est. Ille variis agitatus consiliis, morboque impeditus, cum
futuris comitiis adesse non posset Mattheum Cortinum professorem Parisiensem (cujus magistræ
novitatis Fiacrius fuerat) tunc Vicarium, Cartusioe constituit Vicarium Generalem totius
Ordinis. In his comitiis Fiacrius unus ex diffinitoribus (quorum unum Cortinus occupave-
-rat ut omnia ad libitum disponeret) et Toamae Boelte uterque confirmator electionis
Lignano tamen, perciperent mercedem: et Priori Allionis (Fiacrio) qui ad aliam domum ma-
-jorem, et honoratorem, vocatus est, sit m^{ia}. Et proficimus in Priorem Allionis D. Toamae
Boelte propterea a Vicariatu Melani absolutum, et propterea Fiacrius provincie Francie
comitator, amoto Priore Fontis B.M^{oe}, et Boetius Visitator Gebemensis Designatus sunt. At-
-dum iniquitatis suæ fructu non sunt potiti, mortuo enim Lignano anno 1588, tempore
coctas generalis Hieronymus Marchantius in ejus locum suspectus pro in auctores scandali
excanduit, nec Fiacrio parcens, quem sciebat ab Hoereticis, Deo ita permitente, jam mul-
-tatum, tales in eum per Capitulum gen^{le} anni 1589 peris sententiam curavit: et isti
Capitulum generale humospere compatitur et condolat D. Fiacrio Billard Priori domus Legeri
propter multa ab hostibus fidei si illata verbera et suspensiones et immersionem, et varios
dolores inflictos et injurias, tamen ex his quæ deliquit in electione plurimum V^{di} P. S.
Lignano, longe majora mala orta sunt, quam quæ ipse perpessus est. Visum est Cap-
-itulo generali tametsi id segre perstiterunt ut absolvetur ab officio Prioris, non tamen
propter unius ipsius culpam quam propter exemplum, caeterorum, ut posthac in tali
tantoque negotio majorem fidelitatem, et diligentiam, adhibeant: quare sit ei m^{ia}
Hilg.

ee

i-

o

se

o

Par

o

ve-

o

a-

ing

oe

41-

e

li

sub-

tsi

Liget

riod

,

Papi-

)

ali

ria

Liget

Et eligat sibi domum in quacumque provincia Galliarum, se antequam haec ita
contra eum decernerentur, ex plagis inflictis obierat die 29 Aprilis, nec scientibus
Patribus qui procul dubio ejus memoriam peperissent, si cum proprio sanguine purga-
-tum, jam delictum, expiasset audissent. cui certe palma martyrii non est deneganda,
cum pro religione christiana et simplicitate religiosa mortem, non involun-
-tariam, subierit, si aut licet concludere ex mortis causa et modo. Cum enim potuisset
arma hostibus opponere et vim vi repellere, correria namque tunc munitionibus
firmata erat et armis: Ipse tamen veritas homicidii reatum, aliasque conscientiae
labes incurrere si adversus haereticos scopetorum, globulos vibrare permitteret,
maluit occidi quam occidere peccatores in ipso flagrante delicto moriberos, et pro
temporalibus conservandis vitam ipse suam, conservare. Horum tenebrionum, antesi-
-gramus fuit quidam, dictus Le Lignon, cujus ductu captâ domo et spoliatâ pecuniis,
documentis, omnique infellebili, Priore semivivo relicto abierunt. Hujus obitus signa-
-tur in ch. 1590. — » ita cotid. ⁽⁴⁾

1589 à 1596. — Nicolaus Le Cerf Prior. —

Ab obitu Prioris per ch. 1589, Capitulum generale injungit Visitatori ordinis
provinciae Franciae ut provideat dictae domui de Priore auctoritate Capituli generalis
ad formam patentium R^{di} Patris, eademque auctoritate super demolitione vel conser-
